Niecieck[i] Obligatio.

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter Compa-
rens Nobilis Stanislaus olim Thomae Czaikowsky sanus mente et corpore existens
palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Thomae olim Martini Niec-
ecki et ipsius legitimis successoribus bonorum suorum immobilium in haereditate Nie-
ciecka partes in primo loco quinque sulcos incipiendo a via Tykocka ad fluvium
Narew pertinentes et stagna protendentes usque ad graniciem Zakowskich inter
metas eiusdem Thomae et successorum et Adami jacentes cum pratis aluvijs in ipsis
item na [illegible] septem sulcos a granicie Hermanowska ad Salices in-
ter metas inter metas utrinque iacentes, in tertio loco quatuor sulcos a granicie Her-
manowska ad gayum protendentes inter metas utrinque iacentes cum omnibus utilitati-
bus fructibus proventibus redditibus attinentijs et pertinentijs eisdem bonis modo quo-
uis provenientibus nullis exceptis in summa viginti florenorum polon. hinc usque ad exemptio-
nem et summae praefatae integram et indivisam exolutionem obligavit inscripsit et in-
tabulavit [illegible] illi ex nunc realem cum actuali ac pacifica possessione per [illegible] No-
biles duos officio acceptandam dat et admittit. Pacem quoque tuitionem evictio-
nem omnimodam occasione praemissorum ab omni impedimento iuridico quarumvis
personarum propinquarum et remotarum per omne tempus tenutae eius cavet sub va-
dio simili aliorum viginti florenorum polon. Et coram officio praesenti in primo termino
[illegible] perempta [illegible] Omnibus in universum iuris remedijs et defensis
legalibus impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores [illegible]
[illegible] et abrenunciando sub amissione sui et suorum successorum totius et in-
tegrae causae. Personali sua recognitione praemissorum mediante.

Czaikowsky Emissio.

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens
Nobilis Thomas olim Martini Niecieczky sanus mente et corpore existens palam publi-
ce ac libere recognovit. Quia [illegible] Nobilis Stanislaus olim Thomae Czaikowsky
ex obligatione bonorum in haereditate Niecieca consistentium sibi per eum inscripta
octo florenos polon. persoluit ideo ipsum quietat emittit inscriptionemque eius-
modi cassat et mortificat perpetuo.

Inter Malinowsky et Kiwinski Emissio.

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter Compa-
rentes Nobilis Andreas filius Nobilis Pauli Malinowsky nomine suo et eiusdem
parentis sui ab una et Nobilis Petrus filius Nobilis Joannis Kiwinsky eiusdem
nomine suo et eiusdem parentis partibus ex alia sani mente et corpore
existentes palam publice ac libere recognoverunt. Quia ipsi sese mutuo et in-
vicem et praefatos parentes suos de omnibus causis et actionibus ratione quarumcunque
rerum et differentiarum ad quodvis iudicium et officium hucusque agitatis et pendentibus
ob initam mutuam concordiam et praestitam sufficientem satisfactionem
quietant emittunt et liberos faciunt processus omnes in quovis iure
iuris dependentes cassant annihilant mortificantque temporibus
perpetuis et aeternis [illegible] suis personalibus recognitionibus [illegible]
praemissorum mediantibus.